



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L8 [N.B. This Roll was previously named O2.]

Roll L8 [previously O2] (recto) [Tuesday] 9 October, 1627.

O 2

**Manerium  
de Dulwich**

¶ **Curia legalis** Vel Visus Franci plegii cum Curia Baronis Magistri Gardiam Sociorum Fratrum Sororum & Scholasticorum Collegij De Godsgyft in Dulwich in Comitatu Surrei tenta nono die Octobris anno regni Domini Caroli dei gratia Anglie Scocie Francie & Hibernie x x Regis fidei defensoris &c Tercio per Henricum Underwood generosum Senescallum ibidem &c . 1627 .

**Essoines** ¶ [blank]

**Constabularius** ¶ Johannes Casingherst in loco Edmundi Redman qui electus fuit iuratus est ad officium predictum fidelite<sup>r</sup> exequendum quousque &c

**Hedborowes** ¶ Ricardus Perry & Johannes Grafton electi & Jurati sunt ad officium predictum fidelite<sup>r</sup> exequendum quousque &c

**Gustat<sup>or</sup> cervicie** ¶ Thomas Ellis electus & Juratus est ad officium predictum fidelite<sup>r</sup> exequendum quousque &c

**Juratores  
pro Domino Rege**

¶ Johannes Casinghurst		} Jurati
Nicholaus Foster		
Thomas Downer		
Willelmus Mathews		
Favor Foxe		
Edmundus Redman		
Robertus Bodger		

¶ Johannes Bodger		} Jurati
Willelmus Staple		
Robertus Starky		
Thomas Hammon		
Henricus Collyns		
Willelmus Mathewe		

**veredictum**

**Juratorum**

misericordia II-----i

iiiij<sup>£i</sup> vj<sup>s</sup> viij<sup>d</sup>

Qui quidem Juratores super sacramentum suum dicunt & presentant quod Theodorus Owle & Johannes Walter de Lambeth Pistores quia tredecies vendiderunt infra Manerium predictum panem tritici indigentem assisam

cont<sup>ra</sup> formam statuti Ideo pro separalibus offensis amerciant<sup>ur</sup> in II----- iiiij<sup>£i</sup> vj<sup>s</sup> viij<sup>d</sup>

misericordia II---i xl<sup>s</sup>

Et ulterius presentant quod Edwardus Kyppin custodit domum victualem infra manerium predictum sine

licencia licet ipse presentatus fuit ad ultimam Curiam pro eadem Ideo amerciat<sup>ur</sup> in II----- xl<sup>s</sup>

preceptum cum pena

¶ preceptum est Johanni Apleton purgare fossatam suam in venella vocata Croxted lane a volubro ibidem vocato le Sloughe in eadem venella usque communem rivolum vocatum le common sewer ut aqua in eodem x x volubro ibidem transeat ante vicesimum quartum diem Junij proxime futurum sub pena pro qualibet roda x tunc & ibidem minus facta forisfacture Domino II----- xij<sup>d</sup>

preceptum cum pena

¶ preceptum est Willelmo Lawton facere sepes suos sufficient<sup>er</sup> versus Communiam ut averia vicinorum suorum in terram suam non intrarent ante vicesimum quintum diem Martij proxime futurum sub pena pro qualibet roda minus facta forisfacture Domino Manerij predicti ----- xij<sup>d</sup>

facere

preceptum cum pena

¶ preceptum est Inhabitantibus Manerij predicti in tali loco infra Manerium predictum quale conveniens putabat<sup>ur</sup> unum sufficientem par metarum ante festum Ascencionis Domini proxime futurum sub pena II----- xl<sup>s</sup>

preceptum cum pena

¶ preceptum est quibuslibet inhabitantibus Manerij predicti super summonicionem datam operare vel operarium locare ob faciendum metas predictas ante predictum festum Pentecoste proxime futurum sub pena pro quolibet x x defalta forisfacere Domino Manerij predicti II----- xij<sup>d</sup>

preceptum cum pena

¶ preceptum est Inhabitantibus Manerij predicti uti et exercere artem sagittandi sub pena forisfacere Domino Manerij predicti pro quolibet mense minus exercite II----- vj<sup>s</sup> viij<sup>d</sup>

Afferatores Thomas Downer  
&  
Willelmus Mathewe } Jurati

Somma perquisita hui<sup>us</sup> Curie II-----I vi<sup>xi</sup> - vj<sup>s</sup> - viij<sup>d</sup>

Executum per Henricum Underwood Senescallum

[End of L8 [previously O2] (front). L8 [previously O2] (back) is, apart from an 'O' written much later in the bottom right-hand corner, completely blank.]

[End of Roll L8 [previously O2].]